

360.

Bischof Udo II. von Naumburg bestätigt einen zwischen seinem Verwandten, dem Grafen Teto, als Stiftsvogt, und dem Stift zu Zeitz abgeschlossenen Vertrag, streitig gewesene Gerechtsame des Stiftsvogts betreffend. — Zeuge: Dietrich, Sohn des Grafen Dedo. 1169.

5 *Hdschr.: Cop. Ciz. (Saec. XV.) fol. 15^b. Stiftsarchiv Zeitz. Phot. H. St. A.
Gedr.: Lepsius, Gesch. der Bischöfe von Naumburg 1,258.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Udo dei gratia Nuemburgensis episcopus cunctis Christi fidelibus salutem et gaudium sine fine. Acciones pie maximeque religiosa in ecclesias dei collata opera sicut magis digna sunt recordacione, ita nichilominus con-
10 gruit, ut perpetua stabiliantur firmitate. Eapropter tam presenti fidelium dei universitati quam^{a)} omnium eorum successure posteritati notum certissimumque reddimus, quidque presentis scripture futuris conservandum temporibus commendavimus. Igitur dilectus cognatus noster Teto comes nostre advocatus ecclesie fratres nostros Cicenses in quibus-
15 villa annuatim de singulis mansis duos modios frumenti sine iure erigendo. Domino vero Bertoldo beate memorie episcopo nostro predecessore tunc presidente fratres nostri una cum illo sepius advocatum, ut ab hac eorum iniuria seu molestia cessaret, rogaverunt nec profecerunt. Contigit autem dominum imperatorem F[ridericum] in Magdeburgi civitate natalis domini solempnitatem agere generalemque ibi curiam celebrare, hunc fratres nostri
20 coram imperatore totaque curia querelam super advocatum ferentes per sententiam obtinuerunt, quod ipse advocatus quidem super predicta eorum bona esset, sed nichil iuris nichilque in illis facere haberet, nisi forte fratres illum aliqua necessitatis occasione invitarent. Ast predictus cognatus noster malignis suasionibus seductus ab eo, quod contra
25 supra dictis modiis fecit, non iuris exaccionem, sed amicabilem appellavit petitionem. Talis vero amicitas gravis in nimium^{c)} et molesta^{d)} fratribus extitit, cum nollent vellent, quod advocatus voluit, rusticos illorum explere oportuerit. Verum supra nominato predecessore nostro decedente nobisque illi per divinam ordinationem in episcopatum succedente fratres nostri de supra dicta re nos non sine ferventi supplicacione aggressi
30 sunt. Sentencia autem super fratrum querela in Magdeburg confirmata postea quoque est in Babenberg coram prefato imperatore de generali curia nobis presente repetita iterumque imperiali maiestate roborata. Tandem, tandem cognatus noster advocatus nostre ammonicionis et precum instancia simulque fratrum obsequiis emonitus ad cor rediit et bene in Christo compunctus suamque iniusticiam plane confessus votum de se suisque heredibus
35 omnibus vovit deo et beatis apostolis Petro et Paulo, ita a supra dicta fratrum iniuria recedere, ut infinitum tempus nec a se nec ab aliquo suo successore illa supra dictorum modiorum peticio seu ulla omnino exaccio fieret in memoratis fratrum bonis, tam que in presenti sunt, quam que in futuro erunt. Adiecit quoque, ut nullus rusticorum ad eadem

360. a) que. b) quilibet. c) nimium. d) modesta.